



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 94. Albreetus Cardinalis mortuus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

**Sæcul. XVI.** deduxit. Elapso demum aliquo tempore,  
**A.C. 1520.** cum Bonâ ipsius ex materno genere Ne-  
 ptis Sigismundo desponsata esset, Cardi-  
 nalis nuptias honoraturus in Poloniam  
 profectus est, redux vero Hungariam ite-  
 rum invisens, ac Ferrariam reversus, ibi-  
 dem Anno salutis millesimo quingentesi-  
 mo vigesimo die tertia Septembris religiose  
 deceffit. Id vitio Cardinali datum a non-  
 nullis, quod Julio fratri suo spurio, eo-  
 quod quamdam nobilem foeminam a se  
 dilectam rapuisset, oculos erui jussisset;  
 Ceterum Hyppolitus erat Princeps libe-  
 ralitate erga literatos, ac sermonis puri-  
 tate, qua nonnulla elucubravit opuscula,  
 plurimum insignis.

## §. XCIV.

*Albreti Cardinalis extrema.*

**Ciacon. in Alex. VI.** Alter erat Amaneus, seu Amanateus  
**Auberil. cit.** Albretius, Alani de Albretto, & Fran-  
**San Marth.** ciscæ de Britannia filius, ac Joannis Na-  
**Gall. Christi.** varræ Regis frater. Hic cum Soror ejus  
**Frixou Gal-** Carolina Cæsari Borgiæ Valentini Duci  
**Lia purp.** spurio Alexandri VI. filio nuberet, Ama-  
**Sandovall.** neus anno millesimo quingentesimo (ut  
**in Catal. E-** putat Ciaconius) ab eodem Pontifice  
**pisc. Pampe-** Cardinalis renunciatus est, unde in Ita-  
**lonens.** liam ibidem sedem suam fixurus, sese  
 contulit, electo autem Julio II. qui Ale-  
 xandri clientibus parum favebat, inde  
 exce-

excedere compulsus. Administravit Eccl. XVI.  
clesias plures, primo Apamensem, mox A.C. 1520.  
Convenensem, demum vero Pampelonensem, ad quam urbem, Navarrici Regni  
caput, a Canonicis vocatus est; Ast ejus  
electioni Julius II. tam vehementer fese  
opposuit, ut non nisi regnante Leone X.  
pacifical Ecclesiae suae possessionem ac-  
cipere posset: Tandem anno Christi mil-  
lesimo quingentesimo vigesimo die secun-  
da Septembbris in oppido Belgiojoso Va-  
satensis Diœcesis decessit, ibidem sepul-  
tus.

## §. XCV.

*Mors Leonardi de Ruvere Cardinalis.*

Tertius hoc anno obiit Leonardus de  
Ruverre patria Savonensis, mater-  
no ex genere Sixti IV. Papæ Nepos. Hic  
ex Basilicæ Vaticanæ Canonico Episco-  
pus primo Agennensis, denique a Julio  
II. Presbyter Cardinalis SS. duodecim A-  
postolorum, necnon major Poenitentia-  
rius renunciatus est. Legatione fungeba-  
tur in Patrimonio S. Petri, id vero mu-  
neris tanta integritate, ac æquitatis am-  
re obibat, ut cum quidam ex suis cubi-  
culariis alias Cardinali gratissimus suppli-  
cem illi libellum porrigeret, in quo nego-  
tium quoddam proprium ejus fratrem con-  
cernens, minus tamen justum, illius fa-

Ciacon. in  
Jul. II p.Ferdin. Ug-  
hel. in addit.

ad Ciacon.